sive eius posteris ob non completionem scripti praefati contentorum omnium et singulorum tum in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter absque quovis corporali iuramento taxandis uti et praefertur succumbit ac re aliqua principali ex praemissis scripti praefati non completa complenda citati existentes memorati Recognoscentes Generosi Damianus et Franciscus Stawscy aut eorum Successores ad instantiam suprascripti Magnifici Andreae de Korytnice Stano Succamerarii Terrae Sanocensis aut ipsius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Et iure recessu suprascripto quo sub respondendum spectat mediante semper in primo citatio[nis] termino tanquam peremptorio stare iuris parendo ad solvendum damna praefata Terrestria tenere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum [illegible] debebit et tenebitur Se ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad munimenta ad Edictorum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo Nullas notiones appellationes et earum prosecutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis earumque suspensionibus fatalis iuris praescriptione Terrestri bello convocationes et aliis quibusvis iuris remediis et facti defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Wysokinska Abrenunciat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Anna de Stano Generosi Alexandri Wysokinski consors legitima cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et voluntate ad infrascripta recognoscendum consensu Sana mente et corpore existens a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et compet[entibus]

recedendo Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum suc-
cessoribus ac bonis suis gratis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter
subiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit Quia
sibi recognoscenti de bonis paternis et maternis de recognoscenti ratione sui ex-
peditionis et exdotationis concernenti per manus Generosorum Demiani et Fran-
cisci Stanskich fratrum suorum germanorum realiter satisfactum est ob quam rea-
lem satisfactionem eadem Recognoscens eosdem fratres suos quietat perpetuo in toto
iusq eorundem fratrum suorum de bonis iisdem paternis et maternis abdicat
et abrenunciat Hac sua praesenti recognitione, ad praemissa mediante.

Wysokinski Consorti Reformat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus
Generosus Alexander Wysokinski sanus mente et corpore existens a Iuris
districtibus Iuribus Iurisdictionibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo
do Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni se cum successoribus
ac bonis suis gratis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie
subiciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit
Quia ipse Generosus Annae de Staws Consorti suae legitimae summam mil-
le et Quingentorum florenorum polonicalium Ratione verae dotis et expeditionis post ipsa
acceptae et in domum suam importatae Nec non aliam similem summam mille
et Quingentorum florenorum polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi dotalitii in et
super tota et integra medietate bonorum suorum gratis omnium haereditariorum et
obligatoriorum mobilium et immobilium ac summarum quarumvis pecuniarum
Nec non auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum
equorum totiusq supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendarum
dedit dotavit dotalitiavit inscripsit et reformavit prout ipsis dat dotat do-
talitiat inscribit et resignat Per ipsam Generosam Annam de Staws Consortem
suam et eius posteros eandem medietatem bonorum suorum gratis omnium In-
scriptionis praefatae Reformationis obnoxiorum cum universis utilitatibus et usu-
fructibus tenendi habendi et possidendi ac ad usus suos et suorum successorum quos-
vis bene placitos libere et effectualiter convertendi rigore ac more aliarum

informationum